

EPISTOLA

tibus: tùm verò, & cum primis, ex frequentibus Calvinianorum (quos à primario hæreseos capite, quam de Sacramento Eucharistiæ fovent, Sacramentarios Orthodoxa appellat Ecclesia) scriptionibus: quibus desperato suo dogmati, fucum saltem aliquem, sive cerussam (dum medicinam facere nequeunt) quanto possunt studio illinire conantur. Disputarunt enim illi jam per annos sexaginta amplius, de vero ac genuino sensu Confessionis, in celeberrimis illis Comitibus Augustanis, Anno 1530. à Protestantibus Principibus Imperatori CAROLO V. felicissimæ memoriæ, exhibitæ: & quæ istorum hominum nativa est levitas, ac desultoria petulantia, variis præstigiæ (ne quid gravius dicam) obiectis nebulis, dilucidissimam Historiæ veritatem obfuscare studuerunt. Hinc insolens illa, & in auribus eorum, qui veram rerum, in dictis Comitibus, & in sequentibus Conventibus gestarum, noticiam callent, prorsus